

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Reuerencia e
cum fonte primo

Obseruancia est per quam homines
aliqua dignitate antecedentes cultu
quodam et honore ueneramus.

Tullius ibidem (in rethorica).

religio est, quae superioris cuiusdam
naturae, quam divinam vocant, curam
caerimoniamque affert; pietas, per quam
sanguine coniunctis patriaeque
benivolum officium et diligens tribuitur
cultus; gratia, in qua amicitiarum et
officiorum alterius memoria et
remunerandi voluntas continetur;
vindictio, per quam vis aut iniuria et
omnino omne, quod obfuturum est,
defendendo aut ulciscendo propulsatur;
observantia, per quam homines
aliqua dignitate antecedentes cultu
quodam et honore dignantur;
veritas, per quam inmutata ea, quae sunt
[ante] aut fuerunt aut futura sunt,
dicuntur.

Marcus Tullius Cicero, *Rhetorici libri
duo de inuentione*, 2, 53 (E. Stroebel ed.,
p.148, ll.11-22).